Celestinum reclusit. Moritur autem ~~12~~ XII. Kalendas Iunii ~~1302~~ MCCCII° vel III° et in quodam monasterio sui ordinis retro altare sepelitur. || De canonizatione ipsius postea apud magnos viros cura fuit. Demum datis examinatoribus in curia, per Clementem V<sup>tum</sup> investigatis et inventis et per collegium approbatis, dictus Clemens ipsum sanctorum cathalogo annotavit sub nomine sancti Petri confessoris, per quod nomen sua cessio approbatur. Actum est hoc Avinion. ~~1313~~ MCCCXIII°, fuitque instituta eius nativitas celebrari ~~14~~ XIIII° Kalendas Iunii, qua die migravit ad Dominum. || Hic Bonifatius duos legatos misit in Franciam et in Angliam, videlicet Penestrinum et Albanensem, quia guerra superius dicta inter regem Francie et comitem Flandrie nimis crescebat. Dicitur autem laboriose ortum, eo quod comes filiam suam filio regis Anglie daret, rege Francie irrequisito.

Abschrift f. Kap. von V. 171 – V. 171' [illegible]